



IESUS , MARIA , IOSEPH.

# ADDITIO ULTIMA

AD DEMONSTRANDVM IMMVNITATEM FORI  
Ecclesiastici.

P R O

PRIORE , ET COMMVNITATE

PRESBYTERORVM HOSPITALIS GENERALIS  
Sanctæ Crucis hujus Civitatis.

A D

## OMNIA RESPONSA, QVAE FACTI

DICVNTVR , ET IVRIS , ÆDITA PER NOBILEM  
Balthasarem de Oriol & Marcer.



ARGVIT Adversans, quod Tenutaria simplex possidet vir-  
tute Constitutionis *Hac nostra*, bona mariti, vt Creditrix,  
cujus possessio est vera, & propriissima, civilis, & naturalis;  
quia est translata vigore dictæ Constitutionis.

2 Inferens consequentiam illam, ad id, quod idè aduersus Tenu-  
tariam simplicem potuit exerceri actio realis vindicativa, & huiusmo-  
di instantia debet continuari aduersus hanc Partem, quamvis sit Fori  
Ecclesiastici, quia Tenutaria simplex interim quousque de dote, & juri-  
bus dotalibus, sit satisfacta, vice hæredis est, & obtinet actiones activas,  
& passivas.

3 Æquivoca videtur hæc consequentia, si funditus non indagaretur,  
pro vt est relata: Nam scripta, quæ à Practicis allegari dicuntur, nimis  
generalia sunt, & singularia, atque inapplicabilia, quin inficiari valeat  
esse observata in R. S. quando certò certius vera intelligentia, & praxis  
contrarium dicat.

4 Sub designanda possessione, quæ in alterum transfertur à lege,  
vel statuto, non sunt concordæ DD. pro vt in terminis Constit. *Hac  
nostra* scribit Ferrer *Declarat.* 1. ad 1. *tempus num.* 2. dicens: Quod alij  
eam possessionem vocant artificiosam, alij fictam, alij dativam, ad id al-  
legans DD. alij civilissimam, inter alios Font. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.*  
3. *part.* 3. *num.* 4. ( hoc animadverso, quod eam sic appellari affirmat,  
quando mulier habet requisita Constitutionis, & antea id ipsum scripse-  
rat Celsus Vgo *consil.* 2. *num.* 1. ) & alij mentalem, vt sunt Luzitani, &

A

atte.

attestatur Acoſta in tract. de bonis majorat. R. Coron. in principio, ſed tranſeat hæc opinata controverſia, quia non ex quo eſt translata vera, & naturalis poſſeſſio, virtute Conſtit. Hac noſtra in Tenutariam ſimpli- cem, & ſuſtineat actiones activas, & paſſivas, non indè ſequitur con- cludere, quòd Tenutaria ſimplex habeat vices hæredis, quod vnicum, & ſine vlla tranſgreſſione debet in præſentiarum investigari.

5 Pro conſtanti habetur, quod Tenutaria ſimplex, nec eſt loco hære- dis, nec habet vicem hæredis, ſolummodò Tenutaria cum beneficio fa- ciendi fructus ſuos, quæ eſt illa, quæ intra tempus Conſtit. confecit inven- tarium titulo hæredis, & vti talis debet ſuſtinere actiones activas, & paſſi- vas viri ſui defuncti, quouſque ſit in dote, & ſponſalicio, & juribus dotali- bus ſatisfacta, & ea ratione, inſtantia cæpta contra Tenutariam, quæ facit fructus bonorum viri, quæ tunc dicitur Tenutaria plena, conti- nuari debet contra hæredem, non etiam inſtantia incæpta contra Tenu- tariam ſimplicem, quæ continuare non valet contra illum, vel alium ſucceſſorem.

6 Ratio igitur genuina, ob quam Tenutaria habetur loco hæredis eſt: quia confecit inventarium intra tempus Conſtitutionis, & ob id fa- cit fructus ſuos, Fontan. de pact. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 3. num. 22. expli- cando verba illa omnia bona, Conſtit. Hac noſtra ſcribit, ibi: Sed, quæ bona intelligitur vidua poſſidere mortuo marito? dicit text. cum iſta ge- neralitate, quod omnia bona mariti, quæ verba intelliguntur, & intelligi debent de poſſeſſis per ipſum maritum tempore mortis, adeò ut non ſufficiat eam eſſe dominum, vel habere actionem, niſi habeat etiam poſſeſſionem, pro- ut in terminis alterius ſtatuti huic noſtro ſimilis, quo etiam in mulierem tranſfertur poſſeſſio bonorum viri poſt illius mortem docet Caſſane. in conſuet. Burgun. rub. 1. 5. 14. in initio, quod probatur evidentè ratione, quia iſta tranſlatio eſt continuatio poſſeſſionis; quomodo autem continuabitur, quæ non erat in marito? Vide hunc Auctorem pulchrè iſtud probantem.

7 Propter hæc verba tam generalia, mulier in Cathalonia ſit univer- ſalis uſufructuaria omnium bonorum mariti, in quo uſufructu comprehen- duntur, nedum bona mobilia, & immobilia, ſed etiam jura, & actiones, & quidquid in univerſum poteſt ſub dominio, & jure noſtro exiſtere, ita ut nihil ſit, quod ſub tali uſufructu non cadat, ut probat expreſſa l. Bono- rum appellatio 49. in ordine de verb. ſignif. ad quod ſingularis eſt locus, qui ſufficit pro multis apud Ioannem del Caſtillo Soromayor in tract. de uſu- fruct. lib. 1. cap. 38. ex num. 9. Vbi diligens fuit in enarrandis DD. qui iſtud probant, & in numerandis particulariter ſingulis rerum ſpeciebus, quæ ſub iſto uſufructu, & tam magna generalitate verborum venire de- bent, ibi videas.

8 OB ID DICITVR univerſalis bona tenens, ſeu poſſidens, ut eſt apud noſtrum Mier. in dict. Conſtit. Hac noſtra, num. 51. fol. 148. Deſpujol. in ad- dition. num. 83. & 126. Nob. Ludovic. à Peguera in repetition. Cap. Item ne ſuper laudem. verſ. 8. Entenent empero num. 12. Oliban. in 2. relec. ſ. fue- rat num. 9. Inſtit. de actio. & Canc. in 3. part. variar. reſolut. cap. 17. de ſentent. & earum execu. num. 404. & habet vicem hæredis, & tanquam hæres reputatur, in omnibus, & per omnia, habetque actiones activas, & paſſivas, Socarrats in commem. Petri Albert. in cap. ſi defunct. 39. & 40. fol. 243. Mier. in hac Conſtit. num. 42. & 69. & ibi etiam Deſpujol ubi ſu-  
pra,

Hac nostra, Mier. num. 94. 96. 88. ibi: Sed, & si, & num. 74. 75. & 163. quia Princeps post annum luctus mutat possessionem ex causa nova, scilicet dotis non soluta die cedente.

17 Sicque illa instantia, vel possessio, quam habet mulier, post mortem viri reducitur ad terminos, ac si tantum esset merè creditrix, quæ non producit accessiones, & fructus; Atverò quando confecit post annum luctus inventarium, mutatur titulus possessionis, & pro inde, tunc dici valet, nomine proprio, & titulo nove possidere, & inde instantiam contra illam captam, vti contra legitimum contradictorem, transire in hæredem.

18 Restat dicere, solùm tenentariam, cum beneficio faciendi fructus suos, haberi loco hæredis, & instantiam contra eam captam, continuari oportere contra hæredem viri, pro vt hanc rem ita intelligunt DD. nostri supra citati, & ita intelligendos esse illos qui in contrarium allegantur, videlicet Mier. Despuiol, & alios qui post hos scripserunt, qui omnes se referunt, ad locum Mier. Quin his officiat dicere, quod citat. Mier. allegans observantiam R.S. 14. Julij 1591. referente Magnifico Federico Font Pastor in Causa Conjugum Millars, contra Pupillum Vilanova, Actuario Michaelae Bas, quia vt supra jam notavimus n. 11. ea decis. processit in casu quo tenentaria erat vsusfructuaria à lege, & sic erat legitimus defensor bonorum viri, & habebat actiones activas, & passivas, vt notat Canc. *variar. 3. cap. 17. num. 404. & 405.* supra expensus.

19 Et ulterius DD. qui pro contrario allegantur, & supra sunt citati, etiam loquuntur in terminis mulieris vsusfructuariae à lege, quia assumunt argumentum, à doctrina Covarrub. qui differentiam constituit inter vsusfructuariam à lege, & vsusfructuariam ab nomine, & à text. in *l. 1. Cod. de bonis maternis*, vbi fuit rescript. Quod Pater qui est legitimus administrator filiorum, & de bonis maternis filijs relictis, habet vsusfructum legalem, sustinet eorundem bonorum actiones activas, & passivas, & dicitur haberi tanquam dominum, ibi: *Tanquam solidum, perfectumque dominium eis adquisitum fuisset*, innuentes sic non possessorem nudum reputari, sed tanquam dominum, vt faciat fructus suos, haberique pro legitimo contradictore, ad sustinendum iudicium, quod proficit, & noceat successoribus.

20 Hoc est fundamentum (licet in contrarium ponderetur) cur Sententia lata contra hæredem gravatum, in actione rei vindicativa, nocet vel prodest Fideicommissarijs, & instantia captam contra hæredem gravatum, debet continuari per Fideicommissarium; ac proinde si Fideicommissarius est Clericus tenetur prosequi iudicium sæculare, activè, & passivè, coram iudice sæculari captum; Nob. Regens Cortiada *decis. 151. num. 30.* cum pluribus ab eo relatis, quod ex eo fit, quia hæres gravatus pendente conditione Fideicommissi est vere dominus rerum Fideicommissi, & de Fideicommissio lucratur fructibus, *l. Generaliter, §. sub conditione, ff. qui, & à quibus, Peregrin. de Fideicommiss. art. 40. num. 6. Luca de Fideicommiss. disc. 57. num. 17. & disc. 59. num. 6. & disc. 156. num. 4. & disc. 212. num. 9. & de credit. disc. 177. num. 5.*

21 Et adhuc illud procedit cum grano salis, videlicet, quod DD. qui scribunt, quod transeant instantia, & actiones activæ, & passivæ in Fideicommissarium, loquuntur cum distinctione, videlicet, activæ median-

6  
te cessione, passivæ vero restituta hæreditate, ex Bart. in l. Lucius, §. rogatus ad S. C. Trebell. Fusarius de substitut. quest. 620. num. 5. & 6. Peregrin. de Fideicommiss. art. 53. num. 19. & ibi Censal. vers. Secundo observo, pag. mihi 351. Amato part. 2. resolut. 86. num. 18.

22 Rursus, quod in Sententia, actum sit de juribus, & viribus Fideicommissi, Censal. ad Peregrin. qui supra, vers. Tertio observo. Addit. ad Molinam lib. 4. cap. 8. num. 3.

23 Deinceps, quod Fideicommissarius agat nomine Fideicommissi, Nob. Regens Cortiada. Qui supra decis. 151. num. 50. Paguera decis. 20. num. 4. vers. Secundo limitatur, Cavedo part. 1. decis. luzit. 198. num. 4. & non nomine proprio, & privato, Tondut. de prevent. judicial. part. 1. cap. 30. num. 34.

24 Ratio supradictorum est, quia quando agit ex actione nomine proprio quæsitæ, per hæredem, tunc actio hæreditaria non est, & sic instantia non transit in Fideicommissarium: bene vero quando agit ex actione Reali nomine Fideicommissi, ex dispositione majoratus, seu fideicommissi, tanquam vocatus ab institutore illius, ut ita id intelligit Regens Leo decis. 136. num. 21. ex doctrina Bartoli, quæ est Magistralis in hac re, & sequuta ab omnibus DD. super hac materia in l. 1. num. 1. ff. ad Trebell. docentis, quod instantia cæpta cum defuncto, transit in Fideicommissarium, quia erat jus hæreditarium, sed instantia cæpta cum hærede non transit in Fideicommissarium, quia non est hæreditaria; & proinde debet venire, etiam in actione Reali, quando agit nomine majoratus, vel Fideicommissi, & ita loquitur Regens Leo post dictam doctrinam Bartoli num. 21. ibi: *Secus tamen est, quando agitur in actione Reali ex dispositione majoratus, seu fideicommissi institutoris.* Et sic debet intelligi Regens Cortiada dict. decis. 151. num. 50. respectu rei quæsitæ per hæredem gravatum (qui citat Leon supra citat.) differentiam faciens, quando agitur cum hærede gravato, ex actione quæsitæ per ipsum nomine proprio, & quando agit, cum hærede gravato actione Reali nomine Fideicommissi: nam in primo casu, instantia non transit; bene vero in secundo; sicque dicere quod sufficit, quod Fideicommissarius agat nomine Fideicommissi, ut transeat instantia est dicere, quod agat tanquam vocatus ab institutore Fideicommissi, & non nomine tenus Fideicommissi, pro ut in casu relato, à dicto Leon supra citato num. 22.

25 Cumque Oriol, non egit nomine fideicommissi, nec tanquam vocatus ab institutore illius, sed ex donatione, quam obtinuit ab hærede gravato, recto jure sequitur dicere, quod & si versaremur in terminis hæredis gravati, respectu Fideicommissarii, instantia incæpta contra Franciscam Bonells, antea Tarrassa continuari non valeret adversus hæc Ecclesiasticas partes.

26 Ad id ipsum elicitur, quod in Causa coram Iudice Sæculari, non fuit actum de juribus, & viribus fideicommissi, sed de viribus, & juribus præhabitæ donationis, quem casum limitant DD. qui statuunt regulam, quod Sententia prolata contra hæredem gravatum, prodest, vel nocet Fideicommissario, tuncque scribunt quod instantia incæpta contra hæredem gravatum continuatur contra Fideicommissarium, quod abest à processu,

Nec

27 Nec omittitur ex antedictis affirmare dictam regulam, de hære-  
de gravato ad Fideicommissarium, tantum procedere restituta hæredi-  
tate Fideicommissario, quod non verificatur in facto; nam Admini-  
stratores intrarunt in possessionem hæreditatis, non per medium restitu-  
tionis hæredis gravati, sed proprio jure, finito usufructu per consolida-  
tionem ad proprietatem.

28 Sed quid inmoramur in his agendis, quæ sunt præter institutum,  
& illa quæ ipsum resolvunt, anteposita jam sunt: Nam ut supra diximus,  
Tenuraria simplex, non habetur loco hæredis, & sic eius instantia non  
potest transferri in hæredem directum à Testatore scriptum, & minus in  
casu, quod incepta fuit instantia contra Sæcularem, & prætenditur con-  
tinuari contra Ecclesiasticum.

29 Et adhuc ad quid disputatio Tenurariæ? Primo: quia Francisca  
Bonells antea Tarrassa, non se exercuit ut Tenuraria simplex, sed se  
habuit, uti Vsfusfructuaria omnium bonorum viri sui, nec de præten-  
sa tenuta mentionem fecit, sed semper de usufructu in bonis viri sui, ut in  
similibus terminis Rot. penes Burat. *decif. 740. num. 2.* in illis verbis,  
ibi: *Neutram autem probatur: nam in dictis Capitulis Ioannes Baptista  
procurator, nunquam nominavit se, nec fratres hæredes, nec de præceden-  
ti mandato in eum per triennium antea, & ultra factò mentionem fecit,  
unde præsumitur nomine proprio contraxisse, ut fere in terminis. Socin.  
conf. 113. num. 2. lib. 4. Menoch. dict. præsumpt. 46. num. 5. lib. 3.* Ut  
latius fuit dictum, & probatum ex diversis instrumentis, quæ recitantur  
in nostra charitativa juris, & facti allegat. *num. 98.* & confessionibus Ad-  
versantis, quæ referuntur *num. 11.* & sic uti Vsfusfructuaria est habenda.

30 Falsitas hæc ratio: quia ut supponitur, potuit Francisca Bonells,  
utroque nomine, vel vno retinere possessionem bonorum viri, sed sic est  
quod declaravit, uti vsfusfructuariam à viro velle tantum dicta bona pos-  
sidere: ergo à declaratione illa recedendum non est, ut in similibus tradit  
Bartol. in *L. Gerit, ff. de acquirenda hæreditate num. 21.* docens, quod in  
casu quo concurrunt duo inuli recurrendum est ad illum quem decla-  
ravit, loquens de hæreditatis aditione, ibi: *Si dubitatur, recurritur ad  
declarationem ipsius hæredis, & infra, ibi: Sed si ipse, vel hæres eius di-  
ceret se fecisse animo adeundi, stare interpretationi suæ, &c.*

31 Secundò, quando appareat esse extraneam ab instituto, resolu-  
tionem antedictam ex motivis in ea perpensis, propriissima tamen erit  
assertio in casu nostro, videlicet Franciscam Bonells antea Tarrassa,  
quamvis fuerit Vsfusfructuaria, utique vsumfructum non habuit à lege,  
sed ab homine viro suo. Unde sic poterit dici habere possessionem illo-  
rum bonorum translata in vim Constit. Sed certo, & indubitate affir-  
mari vsumfructum non, in vim Constit. & sic à lege, sed ab homine  
habuisse: Quo circa, cum ut habeatur loco hæredis, & instantia contra  
eam cepta transeat ad proprietarium, sit necessarium, quòd vxor habeat  
tenutam plenam à lege; videlicet tenutam, cum beneficio faciendi fru-  
ctus ex ipsa Constit. & Lege. Ita ut sit Vsfusfructuaria à lege, constanter  
asseruimus dictam Franciscam Bonells antea Tarrassa, quæ non est  
Vsfusfructuaria à lege, sed remansit in puris, & simplicibus terminis Te-  
nurariæ simplicis, non potuit nocere proprietarijs, nec haberi loco hæ-  
redis, nec contra eam instantia cepta valuit prosequi contra proprietari-  
os

rios diversi fori, quia vt supra latè probavimus, vt instantia incepta contra Tenutariam transeat activè, & passivè contra proprietarium, necesse est, quod illa fuerit Tenutaria, & simul Vsfufructuaria in vim Constit.

32 Et hoc est, quod docent Practici nostri, quod si vir legavit vsum fructum vxori, & ipsa omiserit facere inventarium intra tempus Constit. perdit, & amittit beneficium dictæ Constit. non tamen beneficium voluntatis Testatoris, qui vult ipsam facere fructus suæ hæreditatis suos, vt ita in terminis notat Mier. super Constit. *Hac nostra collat. 6. in antiquis num. 163. & in novis num. 271. & ad illum Despujol num. 154. Cancer. variar. 1. cap. 9. num. 57.* Quod est dicere ob non confectum inventarium remanere Viduam Tenutariam simplicem, & non facere fructus suos, perdere lucra anni luctus, & alia, & sic dici non posse nomine proprietario, vel hæredis possidere, non autem perdere fructus ab homine relictos, & in hoc regulandum esse vti Vsfufructuariam solum ad lucrandum fructus in vim relictæ à Viro suo, ac propterea eidem cessare titulum hæredis, & proprietariæ.

33 Rursus nocere non potest, quod Prior, & Communitas se opposuerunt in Causa Contentionis vertentis contra Administratores Hospitalis, vel saltim passi fuerunt agitari eam contentionem, & de ea scientiam habuisse, vt sic declaratio contentionis facta contra Administratores, debeat Priori, & Communitati nocere: Quia faciliter huic obici respondetur dicendo, quod tantum abest dictam scientiam, & patientiam interessatis nocere, quinimo est certum, & Indubitatum, quod quamvis iste dum esset Ecclesiasticus compareret in Iudicio Sæculari, & prosequutus fuisset litem, & in ea subeunget sententia ei non noceret, tanquam facta à Iudice incapaci, pro ut ita probatur ex diversis exemplaribus, quæ referuntur in dicta nostra Allegatione à num. 25. Vbi obtentum fuit hæc Iudicia remittenda fore ex officio ad Iudicem Ecclesiasticum capacem, & sic quorsum poterit nocere scientia, & patientia extrajudicialis, & supposita comparitio, & prosequutio litis, vel adhesio Prioris, & Communitatis contentioni antiquæ (ex quibus argui potest scientia judicialis) quando nullatenus pendet ab ejus comparitione præjudicium foro Ecclesiastico, illud porrogare possunt, coram Iudice incapaci, pro vt Iuris est notum.

34 Recurrit nunc Adversans in additione sua vltima, ad reconventionem, quam præten dit fecisse Administratores Hospitalis Generalis, versus eundem vel ejus parentem, de qua nec vlla mentio facta fuit in Processu principali, nec in Processu antiquæ contentionis, neque in hac vertenti; nihilominus opere pretium duximus, super hac re aliquid attingere, dicendo quod reconventio, quam facit Ecclesiasticus coram Iudice Sæculari, & quæ ei tribuit jurisdictionem in tota causa, & ad condemnandum Clericum, qui egerat principaliter in illa, est in duplici differentia; alia est enim reconventio tacita, & alia expressa; reconventio tacita est, quando fit per equipollens in vim mutux petitionis; veluti quando reus factum narraverit, ex quo resultet reconventio tacita, pluribus citatis Nob. Regens Cortiada *decis. 242. num. 4. & 5.*

35 Nequit ex facto resultare reconventio tacita, nam actor prosequutus fuit recuperationem Manû Pi de dalt, cum suis terris, & poses-

vis generale, non extenditur ad litem, de qua constituens non potuit cogitare, neque Procuratorem instruere, Nob. Regens Matheu de Regim. *Reg. Valent. cap. 10. §. 1. num. 251.*

44 Quod solum animadversum fuit, in hac Causa Contentionis, ubi noviter, licet ex adverso post finitum tempus probandi in contentionibus, fuisset supplicatum 11. Decembris 1711. quod mandaretur scribæ præsentis Causæ Contentionis, vt illud consueret in Processu principali R. A. de quo tunc erat Actuarius Pasqual Abrell, & fuisset provisum, quod sic mandaretur: Attamen cum alia supplicatione præsentata die 14. prædictorum mensis, & anni, fuit contradictum pro parte dicti Prioris, & Communitatis, tam ratione antedicta, quam etiam, quia additur, quod scriba Contentionis, qui non erat Actuarius Causæ R. A. non poterat ibi dictum mandatum consuere, qua extrante contradictione, adhuc remanent Processus principalis, & contentionis sine illo mandato, & licet de ordine Admodum Reverendi Cancellarij posset dici fuisse positum in posse Scribæ hujus Causæ (quod negari debet stante contradictione partis) vtique semper erit verum dicere, non posse manere sanatam, & convalidatam dictam nullitatem procedimentorum (& reconventionis præsentis) in utroque Processu, & in eo cernitur solum fuisse abusive appellatum Syndicatum, & procuratorem: Atverò cum sola facultate ad lites, & adhuc, vt notum habemus, Procuratorem illum mandatum aliquod non habuisse, jam in prima comparitione, nec ulterius, ob mutationem biennialium Administratorum, & Procuratores Officialium annuorum cessant habere annis transactis mandatum, & ipsis per Officiales novum fieri debet, ad tradita per Ripoll *in addit. ad Paguera rub. 6. num. 47.* & cum Administratores dicti Hospitalis sint biennales, vt probatum est in Processu Contentionis, per eosdem novum fieri mandatum debere; aliàs dicendum nulliter fuisse Processum. Et in terminis reconventionis non discedit ab his, dictus Nob. Regens Cortiada *decis. 242. num. 46.*

45 Tertia ratio, quamvis versare mur in terminis reconventionis expressæ, tamen insubsistens judicari debuit, ex fundamentis jam vsque huc ponderatis; sed non omittitur aliud: Nam ipsa Adversans, contradixit reconventioni in articulo 18. ex oblati 29. Januarij 1684. in Processu R. A. coram Nob. Iosepho de Pastor, & Mora, & ex tunc super reconventionem per nullam ex partibus fuit actum, & minus super ea fuerunt factæ probationes, quod attendendum maximopere est in hac difficili materia, vt advertit Font. *decis. 343. num. 8.* qui vim facit in consensu, aut contradictione reconventionis in illis verbis: *Maxime concurrente, pro vt concurrebat, voluntate, & consensu Civitatis,* quæ necdum non contradixerat huiusmodi reconventioni, sed imò ei statim respondit, pro vt pariter, idem Font. ponderat in antecedenti *decis. 342. num. 5.* super reconventionem esse discussa merita, ibi: *Et illa essent plene discussa,* ad quæ faciunt tradita per Canc. *var. 2. cap. 13. n. 4. & 20.* Cortiada *decis. 242. n. 24. in fine;* Ideo in Regia Sententia nihil de reconventionem fuit actum: Nam Senatores Regij animadversis, sine dubio hæc consideraverunt, & præcipue, quod à die 29. Januarij 1684. vsque ad præsens tempus elapsi fuerunt plusquam 28. anni, & admodum singulare foret, quod super reconventionem fieret motivum, jam antiquatum derelictum, & omissum per partes.

Quar-

46 Quarta, & ultima ratio: quia quid sit de prætenſa, inſtan-  
tanea, & non diſcuſſa reconventionem reſpectu Adminiſtratorum Hoſpi-  
talis: Atverò quo ad Priorem, & Communitatem Presbyterorum Ec-  
cleſiæ Hoſpitalis reconventio illa non eſt attendenda: Nam in Proceſſu  
R. A. Prior, & Communitas, partem aliquam fecerunt, nec per ſe,  
nec per Procuratorem, & cum ſint æquè principalitèr intereſſati, con-  
tra eos non poteſt argui de dicta reconventionem, pro vt nec ei nocere  
potuit Sententia contra eos lata, vt probavimus in ſepè citata allega-  
tione à num. 109.

47 Licet debeant vindicari oppoſitiones circa factum ponderatæ à Nob.  
Adverſa in ſuo Memor. fact. & jur. attramen, vt nihil tanquam intactum  
ponderationem faciat, breviter reſponderetur (quod etiam in omni caſu  
eſt referendum ad Admodum Illuſtrem Iudicem hujus Cauſe, & ad ejus  
Nobiles, & Magnificos Conſultores) quod in eo, quod dicitur num. 2.  
non fuiſſe factam venditionem Manſi Pi præcedente ſubſtaſtatione, &  
alijs circumſtantijs oculariter, eſt contra factum.

48 In eo, quod acufaſur num. 4. non conſtare in Proceſſu de ſimu-  
latione, & exceſſu donationis controverſæ, & quod foret facta in poten-  
tiorum utique eſt verum eſſe in facto deductum, & ſi quid eſt proban-  
dum, jam remanet Cauſa Supplicationis, in qua poterit probare Nob.  
Adverſans (quod libere dicit num. 5.) quantitates parvas quas erogavit  
in ſubventionem donatoris, & filiarum ejus, quando contrarium, & ma-  
gis probabile judicatur, & non potuerunt in omni caſu ſuplere, inequa-  
litate, & inofficioſitate, quam patitur donatio, tam exceſſiva, & ſine  
cauſa facta, in favorem extranei, in præjudicium earundem filiarum, &  
deſcendentium.

49 Tandem ad id, quod dicitur num. 11. in quo conſtituitur diffe-  
rentia inter peremptionem inſtantiæ, & actionis reſponderetur eſſe extra-  
neum, à declarato in Sententia Regia, vbi appoſita reciſione tranſa-  
ctionis ibidem expreſſæ, & contra eam exceptionem præſcriptionis, fuit  
declaratum locum eſſe præhabitæ exceptioni præſcriptionis, quæ reſpi-  
cit peremptionem, tam actionis, quàm inſtantiæ, & cum hoc Sententia  
habeat paratam executionem, non obſtante Cauſa Supplicationis, quo  
uſque hic articulus in melius non commutetur eidem ſtandum eſt, &  
inter partes jus facit.

50 Ex quibus omnibus concluditur, inſtantiam contra Franciſcam  
Bonells, antea Tarrasſa, ex quo non fuit Vuſfructuaria à lege, ſed ab  
homine, & ſic loco hæredis haberi non poſſe, non obſeſſe Priori, &  
Communitati Presbyterorum, qui non habuerunt ſcientiam (qualis re-  
quiritur) contentionis antiquæ ex adheſione in ea facta, vt latiùs dicitur  
in charitativa allegatione à num. 105. quibus non ſatiſfecit Adverſans,  
nec juvari poſſe remedio reconventionis, quod eſt omnino deſtructum,  
ex ſupra habitis: Vnde declarandam fore contentionem, in favorem  
dicti Prioris, & Communitatis ſperatur. Salvo ſemper, &c.

Don Michael de Calderò.  
Capdevila.  
Ildefonſus Plantì.